

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jacob Fabricius

**Jacobus Fabricius, Collegii Medici In Academia Rostochiensi Decanus, &
Professor Ordinarius, Ad Spectandam Anatomiam publicam, Quotquot istius
amore tenentur, vocat & invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72970257X>

Druck Freier  Zugang



R. u. med 1624
Jacob Fabricius.

JACOBUS FABRICIUS,
COLLEGII
MEDICI IN ACADE-
mia Rostochiensi Decanus,
& Professor Ordinarius,
Ad

Spectandam ANATOMIAM publicam,
Quotquot istius amore tenentur,
vocat & invitat.




84

Rostochi

Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.
Anno M. DC. XXIV.

271



JACOBUS FABRICIUS
COLLEGII MEDICI
in Academia Rostochiensi
p. t. DECANUS

LECTVRIS S. P. D.



Ulo faustum & utile honarum Artium ac Partium studiosis esse jubeat summus & triunus Deus, Anatomico cultro iterum subjicietur sexus masculini cadaver, quod ex jurisdictione sua amplissimus & prudentissimus Patriæ nostræ dulcissima Senatus Collegio Medico benignè impertiit; cuius demonstrationi primo quoq; die ineunda interesse desiderabunt merito, quirerum creatarum omnium perfectissimæ, simulq; artificiofissimæ admirandam structuram, humana animæ habitaculum, & Spiritus

ritus sancti templum, coram intueri, seqꝫ adeo
ipſos noſſe ſatagunt. Neqꝫ enim tantum ſtudii
hujus amore duci debent Medicinæ ſtudioſi, quod
iſtius ignari habeantur Galeno, eontra nos mꝫ ſcrip-
toꝫ ὁδηπρόστιν φθονοῖς, ſimiles illis, qui cum baculo
iter exēci faciunt, dedictos τὰ μὴ Φοβεεῖ, τὰ θερψυτα τὰ
Φοβεεῖ, in locis tutis timidi, ſecuri contra in pericu-
loſis; verūm omnium professionum & ordinum
cultores, quamcunqꝫ demum Arten liberalem di-
ſcere & facere cogitarint. Nullum quippe vita
hujus genuſ est, quod non in ſignes inde fructus per-
cipiat, quum ſubjectum, cuius particulam Artes
ſingula ſibi conſiderandam, informandam ac perfi-
ciendam decerpunt, totum ſibi vendicet, & quas
alia laudes diuersim poſſident, universas junctim
complectatur. Quin nec ſatis, ſemel atqꝫ iterum
Anatomicæ adſtitiffe demonstrationi, ſed opera
preciuſ eſt, eam qua viſ oblatâ occaſione repeteſe.
Tanta ſiquidem, Galeno in fine cap. 10. lib. 10. de
uſu partium ſcribente, Naturæ in hominiſ ſtructurâ
eſt folertia, ut nequidum tot annorum decurſu, poſt
tot labores, tot artificiosas ſectiones, plenè ſint in-
venia aut cognita, qua inveniri aut cognosci queunt,
adeo ut dies diem doceat, & priſcis observationibus
ſe penumero novæ magnâ diligentia aggregentur.
Ac ne de aliis dicam, quis quaſo de ſe verè jactare
audet.

audebit, sibi ossium, cartilaginum, ligamentorum,
musculorum, venarum, arteriarum, nervorumq;
passim per minutissimas quasq; corporis partes infi-
nito numero meantium perpetuam seriem & indo-
lem penitissimè perspectam?

Ex re itaq; Theologorum erit hoc visere, quod
non paucæ hinc inde in sacrâ scripturâ reperiantur
similitudines ex corpore corporisq; partibus tradu-
cta, quas Anatomia imperitus explicare nequit; ut
taceam plurima veteris & novi testamenti dicta
merè medica: Femoris Jacobi luxationem, eamq;
in sequentium symptomatum causam quis intelligit,
nisi qui didicit à nervo isto crassissimo infemur, ti-
biam, & infimum pedem inserto totam molem agi-
tari, adeoq; ipso tacto aut læso claudicationem exci-
tari posse: quare & calamitatis istius memores Ju-
dæi etiamnum ab esu nervorum penitus abstinent.

Physicam qui addiscere & jucundissimam Naturæ
cognitionem indagare gestit, is corporis sui constitu-
tionem intueatur, ac deprehendet in seipso, tanquam
speculo lucidissimo, & synopsi perfectissimâ, creatu-
ras reliquas juxta se omnes, & in se, & in creaturis,
suprase creatorem ipsum, cognitumq; ritè venerabi-
tur, atq; ipsius voluntati congruenter vivet. Quor-
um & jam olim respexit Socrates docens in Plato-
nis Alcibiade, unius atq; ejusdem Artis officium

A 3

esse,

esse, scipsum nimirum, quae sua sunt, quae
suum sunt, ritè nosse. Sui verò ipsius cognitio non
tantum corporis, sed et mentis ac animæ notitia
constat et absolvitur; quare qui unum ignorat,
alterum quoq; ignorare necesse est. Hinc vir pru-
dens capessit, unde sapientior redditur: capiunt et
alii alia dona et bona, ut in Universo hoc nihil sit
aut cogitari queat, quod non sui cognitione illustrius
reddatur ac splendidius. Ex quibus colligitur, quod
et qui Ethicam ex ipsis fontibus haurire cogitant,
non alio præceptore aut ductore indigeant. Specie-
mus etenim mutua illa, diversissimarum etiam par-
tium, munia et officia, quibus alia aliis largâ manus
communicant, bene meritis grata servitia repen-
dunt, nec se invicem injuriâ lacebunt, sed lajarum
dolore affecta communibus viribus communem ho-
stem expellunt, anne nobis subinde liberalitatem,
temperantiam, fortitudinem, misericordiam, ju-
stitiam, et id genus alias virtutes inculcant? Quo
fundamento quondam Menenius Agrippa populum
Romanum, Senatus imperii pertasum, ex monte sa-
cro in urbem retraxit. Nimirum hinc verè habet ve-
rus Politicus, quo pacto Rem publicam pacis beliq;
temporibus gubernet et sustentet. Siquidem Ratio,
tanquam justissimus Princeps, in Cerebri palatio resi-
dens, vivendi leges, et distincta distinctis membris
officia

officia imponit; atq; hinc Externi sensus, instar Appa-
ritorum, foris quæ accidentunt, fideliter referunt, Sen-
sus communis velut judicij primarius præfectus res
ante se locatas discernit, & si quid dubii ingruit,
Imaginationi ulterius deliberandum offert, quo fa-
cto, Ratio definitivam tandem promitt sententiam,
quam Memoria, fidelissimus Notarius, custodit,
& postulante necessitate vicißim edit & promulgat.
Ac ut Cordis œconomiam præteream, in inferiore
ventre varii reperiuntur opifices, ex quibus Ventri-
culus culina præest: Hepar totius corporis familiariz-
alit: per venas sanguis: per arterias spiritus & ca-
lor: per nervos sensus & motus, tanquam per cana-
les defertur: interea immunda illuvies, & inutilia
recrementa à liene, fellis cysti, renibus, vesicâ & in-
testinis debité extruduntur. Quamdiu autem Ratio
secundum legis Naturæ præscriptum progreditur, ac
membra singula suum faciunt officium, animi &
corporis salus ac sanitas incorrupta manet: contra se
voluptas aliiq; adfectus non obtemperant, aut partes
ipsæ actiones suas minus dextrè obeunt, vel & pra-
vas merces suscipiunt, protenus humanæ Reipublicæ
status enervatur, sensimq; contabescens collabitur.
Atqui ex dictis abunde liquet, quantum momenti
ad politicam gubernationem hæc conferat compara-
tio. Nihil hic subjiciam, de ipsis sacratissimarum Le-
gum mystis, qui in quamplurimis casibus, & juris

qub-

questionibus erdumis ac ambiguis, quales sunt, de par-
tu legitimo, de ventre inspiciendo, de vulnerum le-
thalitate, & similibus, Anatomicorum judicia in-
quirunt, nec sine iis quidpiam definire aut pronun-
ciare volunt. Et possem ipse plenius multò rem hanc
totam explicare, nisi acerbissimo domus meæ lucis
cogitationes distraherentur, & calamo veluti froe-
num injiceretur. Vel hinc tamen intelligere non est
difficile, quantum commodum & emolumentum ad
omnium bonarum Artium, humanæ vitæ utilium,
parinde ualeat & studia ex Anatomia dimanet; qua-
re & frequentissimos istius cultores esse oportet, qui
in urbe nostrâ humioribus incubunt, aut illa
magni faciunt. Quotquot itaq; vestrū reperiuntur,
qui mecum idem sentiunt, atq; Artis hujus amore
flagrantes propediem imminentem virilis corporis
Anatomicam demonstrationem attentis oculis vi-
dere cogitant, ij omnes & singuli in ædibus meis in-
tra proximum quatriduum compareant, & sua
apud me profiteantur nomina, τὸ οὐσηνον seu teſſe-
ram accepturi, quam habentes soli ſpectatum admit-
tentur. Bene valete. P. P. sub Sigillo Decanus
noſtri, iſſis Kalend. Januarij, auſpicantibus annum
Christi XXIV.

RE 2




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn72970257X/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72970257X/phys_0012)

DFG

officia imponit; atq; binc Externi seritorum, foris que accidunt, fideliter communis velut judicij primarante se locatas discernit, & si quod Imaginacioni ulterius deliberando est, Ratio definitivam tandem pre quam Memoria, fidelissimus Notus postulante necessitate vicissim evadit. Ac ut Cordis economiam pratereuentre varii reperiuntur opifices, eculus culinae praest: Hepatotinus calculit: per venas sanguis: per arterias: per nervos sensus & motus, tales defertur: interea immunda illuc recrumenta à liene, fellis cysti, renibus testinis debitè extruduntur. Quam secundum legis Naturæ præscriptum membra singula suum faciunt officia corporis salus ac sanitas incorrupta voluptas aliqui affectus non obtempore ipsæ actiones suas minus dextrè observas merces suscipiunt, protenus huius status enervatur, sensimq; contabat. Atqui ex dictis abundè liquet, quod ad politicam gubernationem hac contio. Nihil hic subjiciam, de ipsis sacramentis mystis, qui in quamplurimis



Apparatus res
Sensu gruit, no
Imaginationi fantasiam, todit, ulgat.
Ac ut Cordis economiam pratereuentre varii reperiuntur opifices, eculus culinae praest: Hepatotinus calculit: per venas sanguis: per arterias: per nervos sensus & motus, tales defertur: interea immunda illuc recrumenta à liene, fellis cysti, renibus testinis debitè extruduntur. Quam secundum legis Naturæ præscriptum membra singula suum faciunt officia corporis salus ac sanitas incorrupta voluptas aliqui affectus non obtempore ipsæ actiones suas minus dextrè observas merces suscipiunt, protenus huius status enervatur, sensimq; contabat. Atqui ex dictis abundè liquet, quod ad politicam gubernationem hac contio. Nihil hic subjiciam, de ipsis sacramentis mystis, qui in quamplurimis